UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Ivrisdictione Episcoporvm Germaniae

Wintzler, Christoph

Coloniae, 1614

34. De charitatiuo subsidio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10387

Visual Library

quis ſuccedat, *in c.1.x.de ſucceß.ab inteſt.* juxta Statuta Colonienſ. eius bona, præter patrimonialia, quæ hæredibus cedunt, deducto ære alieno & funeralibus in piam cauſam pro defuncti animæ ſalute conuertentur, *Ibid.cap.11.*

TITVLVS XXXIIII.

De charitatiuo ſubſidio.

1. *EPiſcopus Iuribus ordinariis contentus præter moderatum auxilium nihil exiget.*
2. *Quod charitatiuum ſubſidium dicitur, & quid ſit.*
3.4. *Idq́ clerus non ſoluit niſi ex rationabili cauſa, & quænam illæ.*
5. *In quibus charitate deſinente, poteſtas incipiet, quam Epiſcopus adhibere poteſt.*
6. *Sine Pontificis authoritate.*

EPISCOPVS ordinariis juribus contentus, amplius nihil ab Eccleſiis exiget, præter moderatum auxilium juxta formam concilii Lateranenſis cum charitate poſtulandũ, *c.conquerente. x.de offic. ordinar. c. cum apoſtolus. §. prohibemus. x. de cenſib.* & ideo dicitur ſubſidium charitatiuum, *vt ibi Dd.* & eſt quod clerus Epiſcopo ſubditus & ad diœceſin pertinens, *Statut.prouin.Colo.fol.518.* ſoluit, non laicus qui proprie ſubditus non eſt, nec ad hoc ſubſidium tenetur, *Remig.Go. in tract. de charit. ſubſid. quæſt. 45.* nec clerus aliter ſoluit quam ex manifeſta & rationabili cauſa, *d.c.conquerente. & d. §. prohibemus.* vt ſi Epiſcopatus ſit multum ære alieno grauatus, adeoque tenuis, vt ad Epiſcopalem ſtatum honeſtè

honeſte non ſufficiat, vel Epiſcopus ire velit, ad
4. Concilium generale, ad Papam ſeu regem pro communibus negotiis. *Panor. in d. c. conquerente. num. 2.* reluere annatas & Bullã confirmationis, *Boer. deciſ. 136. num. 1. & 6.* pallium, *Adrian. Gylman. in Symphor. part. 2. vol. 2. num. 1.* imperii contributiones, aliasque neceſſitates, *Statut. Colon. d. fol.*
5. *518.* plures cauſas, *vide apud Remig. Gonnij. d. tract. quæſt. 5. 19. & 34.* & ſi in eis charitas deſinat, poteſtas incipiet, quam ipſemet Epiſcopus contra clerum renitentem per cenſuras adhibere poteſt, *Panor. in d. c. cum apoſtolus. nu. 5. Boer. d. num 1. & ſeq.* ſine Pontificis authoritate, quæ ad hoc
6. non ita neceſſaria eſt, quam ad collectas per laicos clero imponendas, *c. non minus. c. aduerſus. X. de iure immunit.*

TITVLVS XXXV,
De Vicario Epiſcopi.

1. *Vicarius Epiſcopi quotuplex? & quis in Pontificialibus.*
2. *Quis in Spiritualibus? quod eius officium, & numero 3.*
4. *Quis in Iurisdictionalibus? cuius Iurisdictio eſt ordinaria.*
5. *Etiam in cauſis ſecularibus, vbi Epiſcopus vtramq; Iurisdictionem committit.*
6. *Ad Eccleſiaſticam Iurisdictionem Eccleſiaſticus & qualis? ad ſecularem laicus deputatur.*
7. *Quod cuiusq; officium.*

1. Vicarius Epiſcopi triplex eſt, aut in Põtificalibus & is, quia ea, quæ ſunt ordinis, expedit,